



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1652. usque ad annum 1662

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1779

VD18 90119185

§. 55. Ratisbonensium comitorum finis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67372)

latis adeo non sit velificata, ut potius Sæc. XVII.
 assignata pensione exuta recedere, quam A. C. 1654.
 a fidei constantia quicquam remittere
 vellet, quinimo orationi funebri, quæ
 tum pro defuncto Rege Carolo habeba-
 tur, interesse recusavit, mox inde Ro-
 mam reversa, ubi fixo ad dies vitæ
 domicilio inter crebra clarissimarum
 virtutum exempla consenuit, annis-
 que tribus sexagenaria major die deci-
 ma nona Aprilis anno hujus sæculi
 octogesimo octavo obiit.

§. LV.

Ratisbonensium comitiorum finis.

Nondum plene compositæ erant illæ Calmet Hist.
 controversiæ, quæ Imperii statum de Lorr. t.3.
 aut ob Suecorum pertinaciam aut Hi- pag. 482.
 spanorum indignationem denuo pertur- Tuld. Hist.
 bare videbantur: Sueci enim insuper- rev. l. 3.
 habitis pacis Westphalicæ pactis Fech-
 tam Monasteriensis Diæceseos urbem
 suo adhuc præsidio tenebant, Hispani
 quoque Condæo Principi juncti Gallias,
 agrumque Parisinum desolarunt, & præ-
 cipue Caroli Lotharingiæ Ducis copiæ
 transrhenanam Westphalici circuli Pro-
 vinciam, necnon Leodiensem Episco-
 patum cædibus, rapinis, stupris & in-
 cendiis misere fœdabant: Eapropter
 Ferdinandus Imperator, ejusque Fi-
 lius

Sæc. XVII, lius Romanorum Rex in Ratisbonen-
 A. C. 1654 bus comitis cum Proceribus constituit
 omnem in eo operam posuere, ut in
 quoque malis tempestive remedium op-
 poneretur: Sub idem tempus Maxima-
 lianus quoque Leodiensis Episcopus ad-
 versus Lotharingici militis violentias
 Cæsare opem petebat, simulque Gal-
 los aliunde Hispanis insensos evocabat
 quorum etiam quinque millia ducem
 Faberto postmodum Franciæ Marechal-
 lo in Coloniensem ditionem movebant
 quoniam vero adversus Lotharingici
 militis violentias crebræ ad Cæsarem
 deferrentur querelæ, & ipsemet Dux
 de clandestinis cum Mazarino Cardi-
 nale consiliis apud Philippum Hispaniæ
 Regem insimularetur, aliunde vero his-
 tice criminationibus eo faciliores præbe-
 rentur aures, quo pertinacius Dux opti-
 ma consilia a ceteris Belliducibus pro-
 posita aut tergiversatione aut nequitia
 sæpius elusisset, hinc Hispaniæ Re-
 gis Fuen-Seldagnæ Comiti in mandato
 dedit, ut Ducem Bruxellas reducere
 custodia daret: Utendum erat dolo
 ut Princeps oppido versutus, atque ad
 omnes casus probe intentus laqueis in-
 retiretur: insuper jam murmur, atque
 obscurus populi rumor erat, magno
 cuidam Principi insidias strui: ne ergo
 Dux quidquam mali suspicaretur, Fuen-
 Seldagnæ

Montpens.
t. 3 p. 9.
Mém. Hist.
chron.
Montglat
t. 4. p. 55.

Seldagna rei exequendæ Ministros selegit Arescotanum Ducem & Garziam Comitem intimos Caroli amicos, qui jactato Leopoldum Archiducem conveniendi obtentu Lotharingium, dum rei sacræ intererat, e Sacello ad Palatium in rheda deducunt, ubi in Principis cubiculo detentus, die vigesima quinta Februarii Antverpiam, inde vero in Hispaniam, ut a suis copiis remotior, longius a libertate, novique tumultus periculo arceretur, relegatus est, in captivitate usque ad pacem Pyreneam detentus. Ut autem hujus facinoris æquitas, necessitasque cunctis pateret, Leopoldus Archidux Bruxellis in publico foro, mæniumque portis ac Templorum foribus literas affigi jussit hujus tenoris: *Lotharingiæ Duci Carolo, posteaquam ex ditionibus, terrisque suis, Gallo eum persequente, ad exteros migrare coactus fuit; nulla ab ullo mortalium majora, quam ab Rege Hispaniarum, ejusque ministris, beneficia contingere. Pro cliente habitus, defensusque, in pacis negotio, rationes ejus ferventissime procuratæ, ad consilia belli domique Hispaniensibus agitata, socialiter admissus, omnium rerum tam præsentium quam futurarum particeps, & conscius est factus. E diverso autem per ludum & jocum, in perniciem reipublicæ a Carolo Duce omnia con-*

Sæc. XVII.
A. C. 1654.

Sæc. XVII. *versa fuere: quod minime tamen tanti no-*
A. C. 1654. *minis familiaræque Principem decuerat. Opti-*
ma consilia, quæ in rem ex verbis confere-
æquum erat, tergiversatione illius, nequi-
tiaque penitus elusa sunt: milites, qui
hostem pugnando fortes evadere potuissent,
latrocinis, cædibus, stupris, incendiis
omne pessimum facinus assuesacti, in amice-
rum, sociorumque Germanicæ Principum di-
tiones furiali Marte contaminandas, intro-
missi. Ac eo demum insanicæ processit Ca-
rolus, ut eum velut hominum diris precibus
devotum exhorrescant plerique, & non se-
tus, atque Erymnim ab inferis excitatum
abominentur mortales. Quamobrem, ut
Deus optimus, tantis provocatus execratio-
nibus, iram implacabilem in eos vertat, qui
levare orbem hoc prodigio vel debebant, vel
poterant, hinc Rex Hispanicæ coactus est,
ut morbo vitalia depascenti medicinam facer-
et, & Lotharingicæ Principem, ne su-
ludo humana, divinaque perturbare perger-
et, in custodiam duci juberet. Non quod
Lotharingicæ stirpi male cupiat, aut bonis
possessionibusque exutam, e Belgio eam pro-
scribere velit, sed, uti majore cum fructu
disciplinaque exercitus omnis Lotharingicus
Nicolao Francisco Caroli fratri moderato-
rus servetur. Ideo commonitos volumus
omnes, quibus hæc res tanto silentio gesta,
commovere animum aut facere stomachum
possit, ne indignentur, neve id contumeliosè
 loco

loco ducant, quod omnibus profuturum sit, **Sæc. XVII.**
 tempus ipsum leniturum iras prudenter ex- **A. C. 1654.**
 spectent.

Capto Carolo Nicolaus Franciscus
 ejus Frater Cæsaris jussu Lotharingici
 exercitus imperium suscepit, suaque
 prudentia & moderatione omnia ad pæ-
 cem pristinam composuit, militemque
 ab iniquis Leodiensium oppressionibus
 temperare jussum in Flandriam revoca-
 vit. His ita compositis Ordinum Le-
 gati in comitiis plurima ad Imperii se-
 curitatem conducentia maximo studio
 definiebant, alia vero ad proximos Im-
 perii conventus remittebant; Postea
 Suecis ex Fechtana arce excedentibus,
 comitia absolvebantur, demum vero
 Cæsar unacum Ferdinando IV. Roma-
 norum Rege Ratisbona Viennam die
 decima octava Maji reversus est. Pridie
 vero Recessus, ut vocant, Imperii Ra-
 tisbonæ in Aula Equestri fuit promul-
 gatus, prius tamen Colonienſis Archi-
 episcopus, eoquod Romanorum Regis
 coronatio a Moguntino Electore peracta
 fuisset, ea vero a tempore hominum
 memoriam excedente ad Electorem Co-
 loniensem pertinuiſſet, die decima oc-
 ctava Junii reclamavit.

§. LVI.